HIERONYMUS
um 836/859 Seite 12r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

cidarim tolle coronā subiunxit. Neque
hoc neq; illud est. id est & regnum cessauit
& sacerdotiū; Unde qui post ea usq; ad
uentum xpi reges fuerunt pariter & sa
cerdotes. quoq; unus hircanus pontifex
diadema capiti suo inposuit. frustra sibi
& hoc & illud uoluit uindicare. Cum reg
num eis non deberetur post sedeciam.
Sed illi cui repositum erat. & qui fuit ex
spectatio gentium; De quib; loquitur
& malachias; uos sacerdotes qui contā
minatis nomen meum; Et post paulū; Non
est uoluntas mea in uobis. & uictimas non
suscipiā de manib; uris; A bo stu enī solis
usq; ad occasum magnū ē. nomen meū in gen
tibus. & in omni loco sacrificatur & offer
tur nomini meo oblatio munda; quae
munda oblatio sine sanguine hircorum
arietum atq; taurorū in xpi conplētur
aduentu. quando uenit desideratus gen
tibus. & ostatus ē. sol iustitiae. in cuius pinnis
est sanitas; hb Et tu fili hominis. pro
phēta & dic. haec dicit dnūs dr ad filios ammon